

loqueretur in propria persona, vt si diceret; ad nostrum beneplacitum, vel alia verba similia; quod tunc beneplacitum referretur ad personam.

Item adde, si vtriusque exilium, siue priuatio officij esset per decennium, & vltra ad beneplacitum Principis, & Princeps intra decennium decederet, etiam finito decennio beneplacitum non esset extinguitum, sed in successorem transiret. Bertazzol. in d. consil. 22. & 23. Et in hac quaestione, an mortuo iudice, vel Principe arbitrium dicatur finitum, vide etiam Coarruu. variar. resolut. c. 13. nu. 1. cum sequen. & Tiraq. de ill. connub. gloss. 4. num. 18.

netur, vt attestatur Foller. in pract. criminal. canonic. fol. 282. in principio. Aliqui simpliciter dicunt, quod vtroque casu bannum censetur extinguitum, & hanc dicit esse communem opin. Anton. Gomez. cap. 8. delictorum, num. 5. Si- cuc talis voluntas, seu arbi-

Item adde, quod consuetudo Senatus Mediolani, de qua per auctorem, est de iure, vt tenet Gozad. in consil. 61. num. 15. Baiar.

trium morte extinguitur, ita etiam extingui debet eius effectus. Sed certe apud nos contrarium seruatur; nam ex quo condemnatio fit a Iudice tanquam persona publica, & sub nomine officij, tale arbitrium transit ad successorem.

Transit ad successorum.] Argumento eorum, quae in alio proposito citat Dec. in leg. contractus quidam, maxime numer. 14 ff. de regul. iur. & propterea conclude aliud esse quid fieri sub nomine dignitatis, sup. quaestione quadragesima prima, versiculo in Delegato autem ad fin. Marsil. rubr. de fide iuss. nu. 133, & de tali materia habetur in l. Augusto, ff. de leg. 2. text. in cap. quoniam Abbas, vbi late Doct. de off. & potest. iud. deleg. Drog.

QVÆST. LXXII.

In famiæ poena quibus casibus incurratur.

SVMARIA. Ex Claro.

- 1 De pena infamiae. Quibus casibus pena infamiae de iure communi incurratur, ibidem.
2 Terginersator punitur pena infamiae.
3 Damnatus publico iudicio efficitur infamis.
4 Infamis an possit testificari.
5 Infamia irrogatur per carcerationem ad penam.
6 Infamia quia sit.
7 Infamia iuris tripliciter infertur.
8 Infamia iuris qua sit, & que infamia facti, remissiuè.
9 Infamia facti quotuplex sit, remissiuè.
10 Infamia facti quo irrogetur, & quot effectus habeat remissiuè.

- 7 Infamia canonica quomodo contrahatur.
8 Infamia quomodo probetur, remissiuè.
9 Infamia est poena corporalis, & morti comparatur.
10 Infamia publica, & clamosa non indiget probatione.
11 Infamis non debet videre faciem Principis.
12 Infamia an sit perpetua, si poena principalis sit ad te impus.
13 Infamis ex aliquo delicto, si est condemnandus ad penam infamiae poena debet mutari, & alterari.
14 Infamia non tollitur per emendationem vitæ.
15 Infamia per simplicem indulgentiam Principis de delicto factam non censetur remissa.
16 Prauaricatio quid, & de ipsius poena, remissiuè.
17 Aduocatus pro aliquo in causa principali potest contra eum aduocari in causa appellationis, non tamen honestè.
18 Corruptens Aduocatum partis punitur, vt falsarius, & causam perdit.
19 Iude x. condemnando potest ex causa bonæ famam iusto referuare.
20 Infamis efficitur condemnatus de crimine ciuilitè.
21 Et quid de condemnato in contumaciam, & iuris ordine nõ seruato.
22 Sententia lata super inquisitione formata de facto non infamari.
23 Infamis non efficitur condemnatus ex ratihabitione.

ADDITIONES, Ad Quæst. LXXII.

EST etiam grauis poena infamiae duplex est infamia iuris, scilicet & facti iuris infamia dicitur, illa quae irrogatur delinquenti secundum leges ciuiles, vel ipso iure, secundum Abbatem in cap. 1. de accusat. l. 1. & sequent. ff. de ijs, qui not. infam. & quamuis probetur delictum infamias per testes, non tamen ob hoc diceretur infamis, infamia iuris ille, contra quem probatum fuit, nisi sententia accedat, vel confessio delinquentis, vt per gloss. in l. sed & si possessoris, §. si cum de hereditate, ff. de iur. iur. & talis infamis testis esse non potest secundum Ias. in l. 1. num. 43. C. de sum. Trinit. Infamis autem de facto, hoc est, præditus leuioribus, & improbatas moribus, testis est idoneus in ciuilibus causis: licet tanta ei fides non adhibeatur, quanta ei, qui sit integræ vitæ, secundum Didac. à Couar. intra c. de sponsal. 2. part. c. 8. §. vit. nam. 8. Guot.

Est enim grauis poena infamiae. Adde, quod etiam infamia irrogatur per carcerationem ad penam factam, non autem pro delicto repentiendo, l. 1. & ibi Bartol. C. de infam.

Item adde, quod infamia est laesa dignitatis status alicuius moribus, & legibus reprobatus. Bart. in l. 1. C. ex quibus cau. infam. irrog.
Item adde, quod infamia est triplex, scilicet infamia iuris facti, & canonica. Abb. in cap. testimonium, de test. & quæ sit potes apud Cali. Margar. fise. folio nonagesimo nono, vbi enumerat 61. casus, in quibus poena ignominiose infamiae imponitur.
Infamia iuris est duplex, una, quae infertur per sententiam, alia quando lex pronunciat illum infamem, secundum Afflictum in constitut. cordi nobis, numero quarto, libro secundo: sed secundum Franch. in cap. reprehensibilis, numero 5. de appellat. infamia iuris tripliciter infertur, primò per sententiã, secundò ex genere poenæ, tertio ipso iure, siue ipso facto.
Infamia facti est triplex secundum Baldum in c. 1. §. an remoueatur circa med. de feud. & Ias. in lit. de action. §. sic itaque num. 20. & infamia facti quomodo irrogetur, & quos effectus habeat, laco. de S. Georg. in l. testium, §. lege Julia, vlt. col. ff. de test. & infamia canonica contrahitur per peccatum mortale, Abb. in dict. cap. testimonium, de test. & quomodo



modo quod probetur infamia, plene Mascardus de probation. cõ. clus. 89. §. & vide etiam, quæ posui supra in quaest. 24. versicul. item infamis.

Item adde, quod infamia est poena corporalis, Boff. in titulo de carcer. fide iuss. relax. numero octauo, quiniimò comparatur mor. est tex. in l. iusta. ff. de manum. l. vnd. & addent. ad Bertaz. in col. 198. in littera A.

Item adde, quod quando infamia est publica, & publice spatia, & clamorosa, non indiget probatione, Philip. Franch. in capitulo quia non in princ. de appell.

Item adde, quod infamis non debet videre faciem Principis, l. 2. C. de dignit. lib. 12. & Bald. sup. feud. in rubric. an ille, qui interfecit fratrem, cap. 1. tum. 2.

Item adde, quod licet poena principalis sit ad tempus, puta relegatio ad quinquennium, tamen infamia erit perpetua, nam poena accessoria non diminueratur à tempore principalis poenæ. Ita Bald. in repet. l. quid ergo, §. poena grauior, versiculo in eadem glossa non remittitur, ff. de his, qui not. infam. ad hoc tamen vide Blancum in pract. crimin. in versiculo postquam vidimus, numer. quinquagesimo tertio, cum sequent. vbi tenet, quod infamia cessat facta poenæ diminutione ex causa.

Item adde, quod vbi ex forma legis, vel statuti alicui imponitur poena infamiae, & condemnandus ex alio delicto esset infamis, debet per iudicem poena mutari, & alterari, per text. in l. nouerint. C. vt intra certum tempus, & ibi Angelus, & Corsetus in singul. suis in versiculo poenæ, & Follerius in pract. crimin. in versiculo poenæ debitis feriantur, numero 39.

Item adde, quod infamia non tollitur per emendationem vitæ, cap. testimonium de test. & Alex. and. in leg. prator. §. is etiam, ff. de eden.

Item adde, quod infamia non remittitur per simplicem indulgentiam Principis de delicto factam, nisi expressè ad famam restituatur. Grammatic. voto 34. numero septimo, Paris. consil. 1. num. 18. vol. 4. Decret. Pepemont. 76. num. 51. & latissimè per D. Odd. in tract. de restitu. in integr. quæst. 39. cum multis sequentibus.

Et an sit maior poena in omittendo, quam in committendo ponit Tiraquell. de pen. caus. 44. num. 37. Baiard. b Terginersator. Adde in materia præuaricationis Boff. in tit. de præuaric. & latissimè Menoch. de arbitr. cas. 323. & Ioan. Mar. Corar. in suo tractatu commun. opin. num. 34.

Efficitur infamis, dicit esse communem Angel. in l. ea quidem, num. 28. C. de accus. Et hæc opin. mihi magis placet: quia cessatio solemnitaris in procedendo non facit cessare poenam, & consequenter neque etiam infamiam. Et hoc multò magis locum habet de iure ciuili, secundum quid etiam in processu inquisitionis imponitur poena ordinaria, vt dixi supra quaest. 60. versic. potest etiam. Et hoc quidem satis de plano procederet, quando condemnatio super inquisitione secuta est contra reum præsentem, & auditis suis defensionibus: sed si secuta esset in contumaciam, vel etiam contra præsentem, non seruatis tamen seruandis, fortè verior est contraria opin. quod ex tali condemnatione reus non efficitur infamis: quam dicit esse communem Viuius in lib. communium opinio. in verbo Infamia iuris.

Quæro, nunquid infamis possit testificari. Dixi supra lib. 2. §. Testis. & supra hoc. eo. §. quæst. 24. versic. item infamis, & q. 25. circa princ. de plano. Adde, quod condemnatus in contumaciam non efficitur infamis, nisi fuerit secuta corporalis poenæ executio. Bartolus in lictus fustium, ff. de infam. Castren. in consil. 467. numero 2.

Item adde, quod Bald. in l. 1. col. 10. vers. sed quid si dicit. C. de hered. inst. dicit non esse infamem, nisi infamia facti.

Item adde, quod sententia lata vigore inquisitionis, quæ formari non poterat, licet de facto fornetur, nõ infamat. Socin. in consil. 37. in fin. vol. 2.

Item adde, quod condemnatus ex ratihabitione non efficitur infamis, Bald. in l. obseruare, §. post hæc num. 5. ff. de offic. proconsil. Baiard. e In contumaciam. Adde etiam si ex statuti dispositione contumacia habeat vim confessionis, per Alex. eius consil. 114. vers. fortius lib. 2. vt dixi in proximiori quaest. Giach.

Item adde, quod damnatus de crimine ciuilitè efficitur infamis. Imol. in lege infamem, ff. de public. iud. vbi attestatur de communi. Baiar.

Et hoc quidem satis de plano. Adde, quod condemnatus in contumaciam non efficitur infamis, nisi fuerit secuta corporalis poenæ executio. Bartolus in lictus fustium, ff. de infam. Castren. in consil. 467. numero 2.

